



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1415. usque ad annum 1431

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1768

VD18 90118294

§. 199. Theodorici de Niem obitus, ejusque opera.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66272](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66272)

Sæcul. XV. viatorem Apostolicum officio suo dejecit,
A.C. 1416. utpote de Simonia, & literarum Apo-
 stolicarum falsificatione convictum: Ac-
 cusabatur quoque, quod triginta Benefi-
 cia vendidisset, & plura eorum, quæ
 simul possidere jura vetant, sibi refer-
 vasset. Eadem die Elector Palatinus al-
 tero mense absens ad Synodum rediit,
 Comite Nellemburgico interim illius vi-
 ces tanquam Concilii protectore supplente.

§. CXCIX.

*Theodorici de Niem obitus, & ejus
 opera.*

Spond. an. Sexto die Junii Theodoricus de Niem
1416. n. 9. Paderbornæ in Westphalia natus, &
Dupin. Bibl. pluribus a tempore schismatis Pontifici-
20. 12. p. 86. bus a secretis, necnon Joannis XXIII.
 ad Constantiense Concilium itineris so-
 cius, e vita excessisse dicitur. Dupinus
 inquit, eum juxta nonnullos auctores,
 Episcopum Verdensem, & postea Came-
 racensem fuisse, quod tamen vix verisi-
 mile est. Hujus historia *de schismate Pa-*
parum ab obitu Gregorii XI. usque ad
 electionem Alexandri V. in tres distincta
 est libros, quibus aliud opus sub titulo:
Nemus unionis adjecit, in qua habentur
 autographa occasione hujus schismatis
 ultro citroque scripta. Quam primum
 Joannes XXIII. e Concilio aufugerat,
 In-

Investivam contra hunc Pontificem scripsit, in qua vitia & corruptos illius mores fuso, sed amaro nimis stylo infectatus est, quod opusculum e Bibliotheca Helmstatiensi extractum, Vonder Hardtus publici juris fecit. Alium adhuc composuit librum Constantiæ, *Historia luculenta de Concilio & vita Joannis XXIII.* continuata usque ad punitionem Joannis Creit Simoniaci, cujus mox meminimus. Exstat quoque alius quidam tractatus *de juribus & privilegiis Imperatorum quoad investituras Episcoporum.* Dictio hujus Auctoris est oppido aspera & inconcinna, quamvis ceteroquin ævi sui gesta non minori fide ac solertia, quam verborum gravitate referre videatur.

Sæcul. XV.

A.C. 1416.

§. CC.

Oratores Regis Lusitaniæ ad alloquium a Synodo admissi.

Die quinta Junii Oratores Joannis Lusitaniæ Regis, qui non ita pridem Constantiam venerant, a Synodo audiebantur. Nomine sui Regis, qui hucusque Joannis XXIII. partibus adhærebat, Patribus sacramentum præstabant, simulque nunciabant, Saracenos a Lusitanis fusos fugatosque, ac Septam Africæ urbem unacum portu fuisse captam.

Mox